UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XII. Auszüge aus dem Treuenbrietzner Schöppenbuche, v. J. 1324 f.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54022

Visual Library

neqne aduocati noſtri et capitanei ſeu aliqui ex parte noſtra ſeu ſucceſſorum noſtrorum de iam predictis bonis debeamus nobis ius aliquod in perpetuum vſurpare, pro qua re nos fatemur Nos ducentas Marcas argenti Brandenburg. ad redemtionem ciuitatis noſtre Brizene de manibus illorum de Roſeberch in compoſitione omnium diſcordiarum Domini abbatis et Conuentus de Cynna in perpetuum vobiscum facta paratiſſime recepiſſe. Teſtes huius donationis ſunt Dominus Olricus de Rupyn, Dapifer noſtre curie, et Dominus Güntherus de Keuernbergh, Comites, Dominus Hinricus prepoſitus in Grantzoie et Sloteko prothonotarius noſter, Gheuehardus de Aluensleue, Nicolaus et Bernhardus de Buch, et Mathias de Bredoue aduocatus in Rhatenou, milites, ceterique plurimi fide digni. Datum Monekenbergh ſub appenſione ſigilli noſtri anno domini M. CCC. XI.

XI. Herzog Rudolphs von Sachſen Privilegium für die Stadt Brietzen, vom 4. Nov. 1319.

In nomine ſancte Trinitatis et indiuidue unitatis, Rudolphus, Dei Gratia Dux Saxonie, Angharie et Weſtphalie, Comes in Brene, Purchgravius in Magdeburch, Vniverſis et ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere pervenerint, ſalutem in perpetuum. Acta modernorum idcirco privilegiis roborantur, ne ut quandoque fieri ſolet, malicioſe infringantur. Noverit igitur preſens etas et ſciat poſtera, quod de matura noſtrorum diſcretorum conſilio ac diligenti deliberatione adhibita civitati noſtre Brizene ac omnibus civibus ibidem nunc et in perpetuum reſidentibus univerſa ac ſingula jura, omnesque proprietates libertates et conſuetudines, quas ipſi cives ab antiquis temporibus a ſuo antiquo domino habuerunt, damus et donamus pariter et approbando confirmamus, prout in inſtrumentis ſuper hiis confectis plenius continetur. Inſuper volentes dictam civitatem Brizene et ipſius civitatis cives ſpeciali profequi gratia et favore damus predicte civitati et incolis ejus, quod de cetero in perpetuum a judicio quod proprie dicitur goeding ipſi cives debent eſſe liberi et immunes et quod nullum caſtrum in eadem civitate volumus deinceps edificare ſeu munire ac fundum vel locum, in quo quoddam caſtrum quondam ſituatum erat vel conſtructum, Damus eciam premiſſe civitati Brizene atque civibus ſepe dictis ad eorum utilitatem et profectum et ut idem locus caſtri jure fruatur civitatis. Ne igitur ſuper hac noſtra donatione et confirmatione in poſterum alicui dubium oriatur aliquod, ne a noſtris ſucceſſoribus infringatur, preſentes litteras conſcribi juſſimus et munimine noſtri ſigilli duximus firmiter roborandas. Teſtes hujus donationis et confirmationis ſunt Johannes de Glyndenberch, anno de Sydowe, Thydericus de Grepitz, Loſerus, Rule dictus de Driſulen et quam plures alii, quorum fides nullatenus eſt neganda. Actum et datum per manum Thyderici ſub annis Domini Milleſimo tricenteſimo decimo nono, Dominica proxima poſt omnium ſanctorum.

XII. Auszüge aus dem Treuenbrietzner Schöppenbuche, v. J. 1324 f.

Incipit liber ſcabinorum.

Anno domini M°. C°C°C°. XXIIII° feria ſecunda in craſtino circumciſionis domini iheſu criſti incipit hic ſcabinorum liber recens. Judicantes omnium geſtorum habere recordationem diuinum

eſſe pocius quam humanum et quia hominum geſtis laudabilibus emergit ſepius dura calumpnia, tum propter obliuionem alteriusve rei cauſam, niſi ea, que aguntur temporalia, teſtium aut ſcripti memoria roborentur; Igitur nos ſcabini ciuitatis bryzene utriusque ſexus homines volentes ne quo iniurie grauamine ledantur tueri, ob noſtrarum animarum remedium ſempiternum; Quapropter preſentis atque uenture etatis hominibus notum eſſe uolumus omnium incolarum iſti codici nomina inſcripta, qui ſuas conjuges et e contrario quanta hereditate necnon cetera et etiam ceteris dotationibus quibuslibet nobis preſentibus dotauerunt.

Jo. de Morzane dotauit uxori ſue annen dimidietatem bonorum poſt obitum proximi.

Thidekinus peruuius dotauit uxori dimidietatem bonorum ſuorum poſt obitum proximi ſuccedent.

Cono de aquis et uxor ejus Ka. mutuo dotauerunt omnia bona ſua.

Jacobus morzane dotauit dimidietatem bonorum uxori ſue lucie poſt mortem proximi ſuccedent etc. etc.

Henneke morzan poſuit V tal. ſuper hereditatem ſuam de bonis dans radeleue ſue filie.

Nicolaus Hoke dotauit ſuo filio henningho VI marcas ex bonis paratioribus ex parte ſue matris et ſi idem filius obierit tunc bona ad pueros ſue uxoris heilen declinabunt ſi dicta uxor apud ipſam habuerit. Si non habuerit extunc proximi ſuccedent ſue parenti. Item dotauit ſue uxori idem dimidietatem bonorum quorumcunque poſt obitum absque herede proximi ſuccedent.

Anno domini M° CCC° XXX fer IIª poſt Epiphaniam.

Margarita Relicta Nicol. Georgii pie memorie dotauit quatuor filiabus ſuis videlicet Ermegarde, Katherine, Gryten, Gelden, omnia bona ſua quocunque locorum ſita poſt mortem eius preter agrum ſitum in villa Dorbryzen et preter curiam apud nichil. Item predicta Domina ſc. Margarita dotavit modo ſcripto ſua bona, quod poſt obitum ipſius filie ejus equalem partem bonorum ſingule recipient, item ſi predictarum aliqua dominarum aut filiarum preſcriptarum de nutu obierit, extunc filii et filie ipſarum equalem partem bonorum participabunt.

feria IIª in rogationibus plebiſcitum

Joh. de mortzan prefectus in bryzene locauit ſuper ſuam hereditatem ex parte filie filii ſui Jacobi pie memorie ſcilicet katherine V. marcas minus V ſol.

Boldewinus Johannis dedit Johanni Loſſowen agrum ſitum inter manſos Budorp iuxta agrum nomine teutonico langeroden tecti edificatione, quod idem Johanns loſſowen predicto Boldewino et heredibus ſuis perpetuo annuatim duos ſolidos denariorum et duos pullos in feſto martini de predicto agro perſoluet ſeu pagabit. Si autem quis alter predictum emerit agrum ipſe ſe in eodem cenſu obligabit.

Hinricus karowe reſignauit quinque jugera aggeris dicta waſchepul ad manus Johannis Slanlach, qui idem Johannes non debet alicui vendere niſi quicunque fuerit Civis in briſsna aut ſpectat ad jus civile etc.

Johannes de rotſtock dotauit filio ſuo johanni ſex ſexagena ſuper hereditatem ſuam ſue domus. Inſuper idem Johannes dotauit eidem filio ſuo johanni poſtremam curiam ſuam dimidiam ſitam in villa ſernow, quam inquam curiam idem Johannes rotſtock habuit quamdiu mater ſui filii Johannis vixit, dimidietatem autem curiarum, que poſtea emit, ſibi non dotauit. Item Johannes predictus dotauit

eidem filio ſuo antedicto dimidietatem illorum quinque jugerorum ruris, qua ſunt ſita circa aquam que dicitur teutonice die heyde molendick.

Item Johannes rotſtoc dimidium bonorum ſuorum dotauit uxori ſue katherine quis eorum poſt obierit proximis bona cedunt.

Anno domini M° CCC° XXXVII°. tempore ſcabinorum iſtorum videlicet wilhelmi hopp, nicolai lemmens, Woltheri Uden, nicolai de nichil, ſcheldekonig, petri tempellin, johannis gerwer acta ſunt hec et ſcripta.

Filii et filie boldewini johannis videlicet Cunradus et boldewinus et mechtildis et kathrina in preſencia noſtri coram plebiscito omnem hereditatem eorum tam in ciuitate quam in campis ad manus patris eorum ſunt arbitrati, quod cunctam hereditatem ipſis abſentibus reſignauerit eius hereditas libera permanebit,

Item predicti filii et filie arbitrati ſunt apud idem plebiscitum, omnes res eorum, tam hereditarias quam mobiles in poteſtate manuum patris aut quam vnicuique aut ſanus aut egrotus aſſignauerit aut dedit, hoc ipſius absque aliorum contradictione, tamquam in plebiscito dotatum eſſet, permanebit.

Acta ſunt hec anno domini m° ccc°. xxxix:

Coppen advocatus dotauit uxori ſue margarete dimidium bonorum ſuorum quis eorum prius obierit ſine herede proximi ſuccedant.

Kopkinus de lyuenberg obligauit conſulibus macellum ſuum pro decem talentis denariorum brand. pro quibus dicti conſules villanis ſeu coſſatis de cynnedal fideiuſſerunt, que talenta ſe infra tempus ipſis per litteram aſſcriptum ac requiſita profuerint, idem Kopkinus ſoluere conſulibus mediantibus non negabit.

Sub anno dom. m . ccc° xljj° ſecunda proxima poſt galli Nicolaus Lemmen et uxor ſua katherina ambo dotantur poſt mortem vtrorumque omnia bona ſua duobus filiis ſuis ſcilicet fratribus ordinis predicatorum, exceptis hergowede vnd radeleue: et ipſi in remedio animarum ſuarum cuicunque voluerint, poterint delegare et ipſi predicti fratres debent reddere heredem patris, ſi permanſerint poſt obitum parentum infra annum et diem.

Hoc memoriale ſcriptum pro carnificihus ſtabit in perpetuum:

Anno domini m°. ccc°. xxx° Nos Nicolaus de morditz, Johannes Boldewin, hermannus faber, henricus de frederitzdorp, johannes pechul, johannes monkeberch ſcabini ciuitatis huius conſulibus et conciuibus amice conſpirauimus uno ſub conſenſu, quod macella civitatis quondam libera tunc autem coram nobis ad manus carnificum hereditarie tradita, quod ipſis predictis carnificibus hereditates in prenominatis macellis recognoſcimus et ſuis heredibus omni iure, ſicut cuilibet alteri noſtro concivi preter pacem. Sed quando aliquis de nouo aliquod macellum ſibi comparauerit et id coram conſulibus prout iuſtum fuerit acceptauit ſub memoriali denario coram nobis recitauerit id ipſum ipſis habebimus ſicut et aliis ut preſcriptum.

Anno D. m°. ccc°. xlvi°.

Heymo dotauit katherine uxori ſue mediam partem ſuorum bonorum, quando eorum quis decedat, cedant ſuper proximos. Parafernalia autem et radeleue de priori uxore relicta aſſumpſit ſibi prefectus, que quidem penſata ſunt ſuper mediam ſexagenam tali condicione, quod ſi quis infra annum et diem uenierit, qui ad dicta parafernalia meliorem iuſtitiam et majorem habuerit quam prefectus, illi prefectus hanc mediam ſexagenam debeat redonare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta ſunt hec anno Domini m°. ccc°. li°.

Henricus quicborn dotauit filiis ſuis jacobo et nicolao ex parte pecunie matris vnum manſum budorph et curiam dorbritzen et curiam ſuper ſconeuelt prope plateam diaboli et ciſtam absque pedilis et i lan. et iiii cuſſinos et ii lyntheamenta et i balneamentum, quis eorum puerorum prius obierit, tunc illa bona predicta cedunt ſuper alium fratrem.

Acta ſunt hec ſubſcripta regnantibus hiis ſcabinis hinrico quicborn, Wilhelmus lamborch, petrus miles, Thomas prützig, johannes prützenick, nicolaus pechüle anno dominj m°. ccc°. lvii°.

Wolt dannenberch donauit filie ſue annen de bonis ſue matris xvi ſexagenas et iiii groſſos et — pro parauernaliis que vulgariter dicuntur radeleuen ſuis de prompcioribus bonis in die et anno perſoluendo.

Idem Wolt dannenberch donauit uxori ſue katherine poſt obitum dimidium bonorum ſuorum, quis eorum prius obierit ſine herede proximi ſuccedunt.

Jacob ſchultetus de arnſtorp dotauit uxori ſue margarete dimidium bonorum ſuorum, quis eorum prius altero ab hoc decedit ſeculo bona legata proximis hereditabunt.

Hans van der lynde obligatus eſt ſuper hereditatem ſuam et omnia bona ſua ıv ſexagenas filio ſuo cyriaco ex parte hereditatis ſue materne per annum et diem exſoluendas.

Anno dni. m°. ccc°. lx° inceperunt hii ſcabini regnare Nycolaus grabow, Nycolaus mentz, coppe mortzan, peter crappe, hans witbritzen, nycolaus dalekow, johannes bernardi.

Lucia vxor Johannis briſt conſenciente marito ſuo aſſignauit in remedium anime ſue vnam ſartaginem poſt obitum ſuum mediam partem ſartaginis fraternitati exulum, reſiduam partem capelle ſancti ſpiritus — ita quod ex exulum parte non habebunt poteſtatem vendendi eam, ſed prouentus et precium pro eam deſeruitum in vſum amborum idem exulum et capelle deuertendi.

A. d. m°. ccc°. lxiij°.

Her Jacob mörz het zime kinde margarite xx ſcoc ſmaler kroſchen nach zime dode gemacket vt zime reydeſten gudet, ſtervet dat kint er er den kinden muder, zo zal dy muder nemen dy helft der gudern wen dar nimmet vnd her jacob vrunt dy ander helft. etc.

Nycolaus bucholtze donauit beati virgini ſeu eccleſie eius vnam curiam ante budorp ſitam et naturaliter ipſam ad eccleſiam dictam pertinendo addito quod prouiſores eccleſie predicte preſtant in communi ſeptimana v^m modium ſiliginis in ſingulis annis quem modium pro ſalute anime eius erogabunt.

Univerſis uiſuris ſeu audituris manifeſtum extitit, quod bona pertinentia ad altare ſancti petri in eccleſia ſt. nycolai ſc. vnus manſus in dorpbritze et curia infirmorum et duo iugera pratorum iuxta ridewisch ſita nemo vendere ſeu de eodem deponere debeat ſine conſulum conſenſu et voluntate.

Johannes de lynde donauit fratri ſuo mathye de lynde poſt mortem omnia ſua bona etc.

Gerardus locauit ſupra manſos ſuos in dorpbritzen ij marcas etc.

Geſe Gerardes tribuit beate virginis eccleſie ſexagenam paruorum groſſorum poſt mortem,

ecclesie b. nycolai i mandulam, ecclesie ſ. ſpiritus et exulibus i mandulam poſt mortem, et ſi tot diuiciarum reliquerit i ſexagenam donabit, quod in agone ſuo pro teſtamento donabit.

Jacobus de buzow donauit vxori ſue elyzabeth ſecundum huius civitatis vſum dimidietatem omnium bonorum, quis eorum prius obierit proximi ſuccedant.

Ne error legencium imponat mentilem ſcribentium nos ſcabini nycolaus grabow, petrus crappe, nycolaus dalechow, johannes witbritzen, nycolaus de rvtz, Joh. bernardi, nycolaus hinrici arbitrati ſumus amplius contentiue ſcribere ydeoma maternale et ne latitans fallacia in erroris efficacia inpediat peritos.

Hans gerardes dy het gemacht Kattherine ſimen wiue dy helft ſynes gudes vnd welk ore er ſterue ſunder erue dat ſterue an den negeſten.

Katharina von lobeze dy maket ij ſmale ſcoc nach ireme dode tu ſyle gerade vt ereme redeſten gude.

Nycolaus Roſtok donauit uxori ſue Annen medietatem omnium bonorum ſuorum poſt mortem, quis eorum prius obierit proximo hereditabit ſecundum noſtrum vſum et ipſa ſibi mutuo.

Predictus nycolaus locauit ſuper domum ſuam et omnia bona ſua mandula xiiii ſexagenas parvorum groſſorum pro hereditate paternali et iiii ſexagenas pro hergewede ex parte privigni ſui filii.

Petrus medicus donauit vxori ſue et uxor ſibi mutuo poſt mortem, quis eorum uel que prius deceſſerit, quod ſi pueros carnales non reliquerint ſuperuiuens omnia relicta bona, ſi que et ipſa ſolito tollantur, retinebit.

Anno Domini m°. ccc°. lxx°. acta ſunt hec infra ſcripta:

Dominus conradus donauit ancille ſue gertrudi dimidium omnium bonorum ſuorum queque reliquerit in domo ſua et aliud dimidium omnium bonorum poſt mortem ſuam mychaely filio gertrudis predicte. Et ipſa gertrudis donauit mychaeli filio ſuo dimidietatem domus, in qua etc.

Anno domini m°. ccc°. lxx tercio inceperunt regnare hij ſcabini infraſcripti wilhelmus lamborch, petrus ridder, Thomas prusken, hans de Slanloch, hans de linde et claws nychil.

Heine britzen het gemaket vnd beſtediget tu eime ewigen ſilegerede dit gud dat hir na beſcreuen ſtet mit gantz vulbort vnd wille ſiner husvruwen margareta nach ſime dode vnde hed des gekoren vnde geſettet die Ratmann hir der ſtad tu vormundere vnd vorſtendere: drittich ſchock breder croſchen tu nemene vt ſime geredeſten gude nach ſime dode vnde vief morgene weſen, die dar heten rorweſen gelegen bie den ridwiſchen vnde drie buden gelegen in der grunen ſtrate iegen der ſtad buden, vnde tue buden in den vogelſang gelegen ok iegen der ſtad buden, vnde tue in die ſelue ſtrate achter clawes bernſtücken: die drittich brede ſcock die ſolen die ratmanne legen an gud alze ſie pruuen dat mend dar mede alzo dan ſilegerede gedun moge, alze hir nach geſchriuen ſteet: wes men aldes gudes, dat hiruor geſchreuen ſteet genyten mach, dar ſal men van tuen delen aue tuies im jare vilige vnd ſilemiſſen ſingen met den priſtern vnde ſchulern des vridages in mitfaſten vnde des ſunauendes vor ſente Johannes dage baptiſten vnde tu denſeluen tuen dagen ſpenden des vridages iklichen armen menſchen einen hering vnd ein brod vnde des ſunauendes des iklichen ein ey vnde ein brod, dets ſollen ſik di godeshuſes lude van beiden kerken vndervinden vnde ſchaffen, vnde ſölen dar aue denne tuſamene eten vnde offeren tu den miſſen, dat drüdden deil ſölen die godeshuſlude keren in der beider godeſhuſe nut tu geliken dele; auer die wile he leuet die wile wil he vnde ſal des gudes vorbenumden gantze macht hebben tu dunde dar mede wat he wil ane alreley anſprake van ymande.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claus berinſtücke het gegeuen deme godeshuſe vnſer vrowen vnde numer weder tu rupen vier morgen landes die liggen by die zernow in ſulken twiſcheiden, dat die vorbenumede claus vnde ſyn ſone jacob vnde jacobs kindere ſolen des landes gebruken, dar na vallet dat gut an vnſer vrowen, denne ſo ſölen die vorrades lude vnſer vrowen alz die ratmanne oder die godeshuſes lüde van deme lande ſpenden brod van ſes ſchepeln roggen des vridages in den meynden ewichliken dorch der vorbenumeden ſylen willen clauſes jacobes ſynes ſones vnd jacobs kindern vnd ouk clauſes huſvrowe ſophen vnd den ſylen die hir andel mogen hebben.

Heyne hermans het gegeuen ſyner eliken husvrowen elzebeten alle ſyn gut na ſyme dode vnd ſy em weder na oren dode in ſulkem twiſcheide, welk orer na des andern dode blyuet, die ſal behalden al dat gut ane vir vnd twintich breide ſchok, twelfe ſolen hebben die neheſten vrunt des doden vnd twelfe die hiligen, alze viſe breide ſchock tu des hilgen cruces altar tu vnſer vrowen, eyn breyde ſchok der kerke vnſer vrowen, der kerke tu ſente nycolauſe vir breidė ſchock, deme hiligen geiſte eýn breid ſchok vnd den elenden eyn breid ſchok. Dit is geſchyn met orer twier neheſten vrunde wille vnd vulbort etc.

Sub anno m°. ccc°. lxxviii°. ſunt acta infraſcripta.

Witliken ſie allen guden luden, dat die erlicke vrowe her ian triſtis mume perrers des hiligen geiſtes het bracht in den hiligen geiſt ores eygenen gudes twei houet rintvehes vnd eyne geiſe, darvan getuget, vnd alle die ſchap di darin ſin, vier erne gropen, eynen degel vnd eyne erne kanne vnd twei ketele einen miſſinges vnd einen viſchketel.

Bernt aſſewe dy het gemaket ſyner huſſrowen half vnd half alſo hir ein wilkor is; weret die vrowe tu irſten ſterue, ſo ſal de bernt dat gut half tu vorn ut nemen vnde met der andern helft vort tu deyle gan — were dat berent tu den erſten male ſtorbe, ſo ſolde ſy tuei breyde ſcock tu vorn vtnemen vt den reydeſt gude.

Clas dy ſculthe von der nichil dy het gemaket ſyner huſvrowen beten half vnd half alſo hir eyn wonheit vnd eyn wilkor is: welk or irſt ſteruet dy ander helft dy vellet an or erwe.

Merten becker dy heyt ghemakt ſyner huſvrowen margariten half vnd half alzo hir eyn wilkore vnd wonheit is, welk or er ſteruet ſo vallet an den neiſten.

Hans ſchulte von ſlanlach dy heit gemaket ſyner huſvrowen margarite half vnde half, welk orer ſteruet tu den irſten zo ſteruet an den andern alzo hir eyn recht vnd wilkor is.

Anno domini m°. ccc°. lxxx°. incepit magiſter petrus middelſtrate, qui ſubſcripta conſcripſit preſentibus ſcabinis hentze nichilſtorp, hans tzikſtorp, heyne ritz, hans bogewitz, matheus molner, koppe dalcho, michil von der hude.

A. d. m°. cccc°. xv prima die iuridica poſt feſtum ſancti bartholomei apoſtoli inceperunt regere hii ſcabini nycolaus Ebels, johannes Rotſtock, Nycolaus grunitz, Nycolaus lintow, Johannes crappen, matheus lyndemann, petrus dampmendorp ſub rectoratu Andree lanthuſen de wittenberch.

Heyne mortzane der Richter tur bryzen dy maked ſyner elyken frouwen Elizabeth ſyn gud halff vnd halff alze vnſer ſtad wilkör vnd gewonheid is.

Hec acta ſcripta ſunt a. d. m°. cccc°. xvi preſidentibus ſcabinis Jacobo Jodeken, Johanne Rotſtock, Nicolao grunyg, jacobo Huſener johanne crappen, Matheo lyndemann, petro dampmendorp ſub rectoratu Andree Lanthuſen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Wy Rademann vnd Elendesbrudere der Stad Bryzen met dem vorſtender des altars der gewiget is in der Ere ſenthe Johannis Baptiſten ſtephani und lyuini in Senthe Nycolaus kerke Hebben gekoſt jerlikes tinſes eyn half ſchok bemiſcher groſſchen vmme ſeuen ſchock bemiſcher groſſchen vp Jacob Hufeners dorbrietzenſche huſe, dy he het gekoft met mathewus molner, tu geuen vp ſenthe mertynsdaghe deme, dy dar vorſtender is des altaris: vnd dy Radmann vnd elendes Bruder vnd dy vorſtender des altaris ſolen den houet ſtul nicht weder eyſſchen, Sunder wen jacob hufener den houet ſtul weddergeuen wil, ſo ſal der eyn firdel jare tu vorne upſeggen den Radmannen vnd Elendesbruderen, alzo dat dat geld wedder kome tu dem gnanten altare vnd den tyns ſal nemen der vorſtender des altaris.

A. D. m°. cccc°. xviiii°. die juridica poſt paſche proxima.

Hans koppenſmet vnd Elizabet ſine eliche husfrowe hebben gegeuen in godes ere dat lant in den dorbryzeſchen houen, dat ſy koften von heynen mortzanen ſchulten alze deme godishuſe vnſser liuen ffrowen vnde ſunte Nicolauſe vnd deme hoſpitale ſunte gerthruden vnd der bruderſchap der elenden, allen diſſen viren tu gliken deylen.

Heyne mortzane, Richter tur brytzen, hett gemakt gertruden ſinen elichen wife ſin Erſſe vnd gut halff na ſime dode alze he dat nu het und vort mer gewynnet nach meydeborgſchen rechte.

Kerſtian dennewitz makt ſin eliken frowen annen ſin gut halff alze vnſer ſtadt wilkor vnd gewonheit is.

Jacop otten makt ſiner eliken frowen katerinen ſin gut halff alze der ſtatt wilkor vnd wonheyt is.

Peter nieman makt ſiner eliken frowen emmen ſin gut halff nach ſinen dode nach meydeburghſchen rechte.

Hans gordelere hefft gemaket elzebethen ſyner eliken huſfroue ſyn erſſe vnd gud halff nach ſyme dode altze he dat nu hett vnd vortmer gewynnen mach nach medeborgſchen rechte.

Hans Syrick maked ſyner eliken vrouen dorotheen ſyn gud halff vnd halff alz der ſtad willekor vnd wonheit is.

Anno d. m°. cccc°. vigeſimo ſeptimo hii ſcabini preſiderunt Claues iodeken, Claues ritz, hans hoppen, Jurgen grundal, hans morzan, peter dames, hans ebel proxima die juridica poſt feſtum ſancti johannis babtiſte.

Claues gouen led vpp twe ruggen landes achter dye molen vnd vp eyne nye weze thu bracuiz, dye he koſte van der ſtad, wyff bemiſch ſchock gr. dye behoren thu dem altar des heyligen crucis, dar ſal hee affe geſen ierlike plege alle iar vpp wynachten eyn halff ſchock bemiſch gr. etc.

A. d. m°. cccc°. triceſimo hii ſcabini preſiderunt: michil grimnik, Cüne Caldenborne, Hans borne, Clawes werbik, Clawes groſſe, mathias werbik, hans quaterdus proxima die iuridica poſt feſtum ſancti johannis baptiſte.

Hir is kamen vor gehegede banck jacob wilde vnde hed gelouet gud thu ſynde vor allen ſchaden von dames betewers kinderen von eyn buden wegen gelegen in de twer ſtrate kegen kop hus den ſchepen.

Clawes Cykſtorp dy led vp eynen nyghen huſſe dy Juries ebels was, viff bemiſche ſchock

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gr. dy em geantwert ſyn von dem rade thur bryzen von der ſtad weghen, dar von he ſal vnd wil geuen alle iar eynen rynſchen gulden vp lichtmiſſen etc.

Ern Nicolaus ebils altariſta in deme hiligen geiſte in ſime teſtamente hed beſcheiden in ſyner dechteniſſe ierlike thu dunde in vnſer frouwen kerken, als des ſundages nach ſunthe Elizabeth dage met vigilgen vnd des mandages met ſelemiſſen, dar thu hebben gekoufft dy Erwerdige vnd vorſichtige ſine ſallude als meiſter nicolaus ſtorbeke officialis, Ern nicolaus ſichter parrer, Ern grothe, Ern dreger, altariſte, heyne Witbritzen hebben gekoufft eyne wiſpel roggen ierlike plege in molne thu Belitz vnd den laten voreghenen thu dem altariſten in deme gnanten hiligen geyſt; darna der altariſte, dy nu is vnd vortmeyer wert, ſal dy dachteniſſe dun ierliken in ſodaner wiſe als hir geſchreuen ſtat, dat he geue eynen ichlichen priſtere, dy hir beleinet ſyn adir den Capellanen des parrers adir der altariſten, dy dar komen thur vigilie vnd thur miſſen, Ouck den ſeluigen, dy von Krankheit ores liues nicht komen konnen ſal me geuen ichliken twe groſchen, den meiſtern eyn groſchen, den locaten eyn groſchen, den Coſteren thu ſunthe Nicolawesſe eynen groſchen, dem godeshuſe twe groſchen, den verſicularen eynen halffe groſchen. Hir thu hebben wy Ratmanne vns verplichtiget vnd vorplichten, dat wy den hilgen geyſt nymande lyen ſolen, he loue vnd vorplichte ſick dy dechteniſſe thu dunde alze vor geſchreuen ſtat. datum a. dni. m°. cccc°. xl°. proxima die iuridica poſt feſtum ſancte Elizabeth.

Anno domini xlviii°. Abel hoppen incepit regere prima die iuridica poſt quaſimodogeniti.

A. d. — quadringenteſimo octauo hij ſchabini preſiderunt hans ebel, hans quackerduſt, Mewes roſtok, hans bogewitz, hans molner, Tewes ſmedt, Jacob heinrick proxima die juridica poſt feſtum Johannis baptiſte.

Dy peter jheſerickynne heit gegeuen peter mortze oren elike manne ſodane gudere alſe ſy van den gnanten peter ſie behalden hed, benomeliken dat Erue twe dorbritzenſche hufen ſehes morgen weſen, als maket dy vorgenante peter mortz agathen ſynem elyken wyffe ſyn gud halff na ſyme dode, dat he nu hed vnd vortmeyr gewynnet nach medeborgſchen rechte: ouck ſal dy ſeluige agatha des gnanten peter mortz eliche huſfrouwe achteyn ſchock vth den redeſten gudern mechtig ſyn tukerende vnd geuende war vnd weme ſy wil.

Anno domini milleſimo ccccliiii^{mo} hii ſchabini preſiderunt michil ritz, hans czickſtorpp, Claus van den Borke, Michil puleman, Claus Brugge, peter Linthow, Stephan.

Ick petrus mildenhoufft Bekenne met deſſen openbriff vor allen dy en ſyn ader horen leſen vnde beſunderlich vor jw erſame Richter vnd Schepen tur Britzen. Na deme jck vormals den Erſamen mynen kalandes medebruderen darſelues tur Britzen myn hues vnd hoff gelegen an der brede gegeuen hebbe na mynem dode, darmede thu dunde vnd thu laten, ſo geue jck nw dorch meyr ſichercheit willen den gnanten mynen medebrudern vnwiderſprekelich hues vnd hoff vorberuret by mynen leueden liue vnd vorthye dar an aller gerechticheit, alzo dat ſy ader orer eyn van orentwegen dat mogen vorkopen, des an my ſtadt vor jw jn gerichte gewere ſyn allent, dat thu dhunde vnd dar by thu gebaren jn aller mathe, als ick ſeluen wen ick gegenwordich were dhun ſolde vnde muchte ane alle geuerde. Des thu Bekentniſſe hebbe ick mynes vedderen andreues ſlanloch jngeſegel vpp gedrucket. Gegeuen na godes gebort M . CCCC°. LVII^{mo} an middeweke na Cantate vnde vor dem ſint vns guth dy kalendes brudere Benemeliken Ern Nicolaus keteler eyn deken thu der tvd geweſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anno d. m°. cccc°. vii°. hii Schabini preſiderunt hans Lüſſow, Benedictus Heynſtorpp, hans hoppen, Jurgen Smet, hans Roytz, hans molner, Jacob Schulten.

Gorus Kuckugk dy maket ſinem eliken wiſſe gertrud genant vi ſchogk thu vorne uth ſynen reiſten guderen — in Medeborg. Rechte.

Andreas Jacob dy hed gegeuen ſinem eiliken wiſſe agniſſe gnant al ſyn gudere von der hant dye he nu hed in ſtandeger in liggenden grunde bewogen vnd vnbewogen.

A. d. m°. cccc°. lviiii Michael Belitz — incepit regere.

Mit dieſem Jahre endet das Schöppenbuch.

XIII. Privilegium des Rathes zu Brietzen für die dortigen Gewandſchneider, am 13. Dez. 1335.

In nomine domini Amen. Cum rerum geſtarum certiſſima comprehenſio ſit ſcriptura, que de ſerie verborum in ipſam redactorum nichil auget nichil minuit nichil mutat. Nos igitur conſules tunc temporis civitatis Briszna videlicet Nicolaus Dictus lemen Theodericus Pruzeken, Nicolaus molner, Conradus dictus Crappo, Martinus proprie Dyke Dictus et Petrus Cemplin recognoſcimus preſencium per tenorem publice profitendo, quod ex matura deliberacione noſtra prehabita et cum conſenſu omnium noſtrorum civium ſtatuimus admiſimus et preſentibus admittimus fieri quandam communitatem operis ſeu commune opus ſartorum quod gulde nuncupatur condicionibus ſubjectis hinc inde intercluſis, quod videlicet nemo ſe in poſterum preſumat intromittere de ipſorum officio, niſi connexione debita prius cum ipſis officiatis facta, pro qua connexione dabitur una media marca adjecto talento cere, cujus pecunie ſeu marce debet una media id eſt ferto ſartorum et alia pars reſidua hoc eſt alterus ferto civitatis cedere debet in uſum, interpoſito, quod perſona, (que) recipitur, ſit commendabilis et famoſa. Arbitrati ſunt inſuper autem notati ſartores tollere et ſumere de communi inciſione excepta gamaratica ſingulares pecunias et decem marcas de ſimplici tunica viri cujuscumque panni cujuscumque coloris excepto pulchro panno quinque denarios de tunica femine aut domine ſimplici ſeptem denarios de pallio duplicato viri ſeptem denarios de capucio ſimplici d. de caligis d. et de pallio domine ſimplici ſeptem denarios, Item de pallio pulchro femine aut domine ſimplici unum groſſum de tunica ſimplici unum groſſum de habitu parvulorum tollant ſicud decet Et inſuper ſi ſuper iſta aliquis pannum ſuum inſcidere aut immutacione quacumque immutare aut variare voluerit ſe cum officiatis componat aut concordet. Hoc autem arbitrium aut arbitralis condicio tam diu ſtabit et durabit quo usque denarius ſuo valore hoc eſt groſſus ſolidus manebit: qui ſi inmutarentur, poſtea ſe cum conſulibus ſuper iſta concordabunt et in amplius ad inſtitutionem et confirmacionem iſtorum ſeu iſtius dabit unuscuisque guldorum ſeu ſartorum ſingulis annis j ſolidum, quem conſulibus prefixo tempore et feſto paſche preſentabit: et ſi quis edificacionem ſeu inſtitutionem gulde intra eorum ſeu extra eorum frangere ſeu infringere curaverit i fertonem perdat et amittat, Cujus mediam partem Conſules et mediam partem ſartores tollant pro emenda, Et preterea univerſi et ſinguli pueri ipſorum qui in ipſa inſtitutione guldorum poſtmodum nati fuerint vel ortum traxerint, ipſius confirmacionem et confirmationis inſtitutionem cum XIII denariis tenentur querere. Ut hec preſcripta rata omnia maneant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN